

Compte rendu des séances des États du Brabant de 1648 à 1682

par Libert de Pape, abbé du Parc, membre des Etats

(Suite *)

6 Februarii, Deputati civitatum Lovan. et Antwerp. consenserunt in dictam remonstrantiam, salvo quod per illam nullum eis causabitur praejuditium super pede faciendae « hertellinge », etc. Civitatis Bruxell. deputati non comparuerunt.

23 februarii, Gubernator vocavit ad se deputatos Statuum Brabantiae et deinde etiam Flandriae et indicavit quod desideraret mitti Hispaniam aliquem mercatorem pro sollicitando commercio in Indiam Occidentalem.

25 Februarii. *En marge* : « t' quartier Thienen ».

Quarterium Thenense liberatum est ab hospitacione 10 cohortum equitum qui a prima novembris ibidem hospitatae fuerunt et indies constiterant circa 600 flor. et spatio 4 mensium constiterant 60 millibus florenis, et debuerunt pro exoneratione insuper promittere 16 mille florenos, solvendos infra 4 menses ; quod si noluissent consentire, milites ibidem remansissent, etsi, nullus rusticorum amplius remansisset.

En marge : Inhibitio solvendi arrieragia, etc.

Eodem die scripsit gubernator epistolam, de data 16 februarii, thesaurario Statuum, ut ex impostis currentibus, nullas litteras de

*) *An. Praem.*, XXIX (1953), 111-128, 251-288; XXX (1954), 60-122; XXXV (1959), 103-152, 284-300; XXXIX (1963), 153-164, 304-341. L'édition de ce manuscrit fut commencée par Lenaerts (†); elle est continuée par Fr. Breuls de Tiecken, O. Praem.

« discharge », neque ullas praeteritas ordonantias solutionum faciendarum, solveret, ne inde turbaretur ratio ab ipso constituta pro solutione 8 mensium in anno militibus facienda ; sub poena solvendi secundo, etc.

12 Februarii et sequentibus diebus. *En marge* : Genappe.

destructum est castrum de Genappe et funditus rasum, ne forte Galli illud occuparent.

27 Februarii, Gubernator vocavit ad se deputatos Statuum et mandavit illis conformiter ad epistolam de qua 25 februarii ut infra octiduum darent illi pertinentem statum receptorum, tam ex currentibus impostis quam ex restantiis illarum et subsidiorum ; cum specificatione eorum quae exinde solvi deberent, et ipse tunc determinaret

f^o 176^{vo}. — quaenam solvi vellet, et quaenam differri, et quia resolverat singulis 40 diebus militibusolvere, post singulos 40 dies similem specificationem receptorum et solvendorum darent.

9 Martii, Cancellarius attulit acceptationis super consensu duorum primorum Statuum in impostis inchoandis prima junii 1671 de quibus supra 4 februarii.

En marge : Goyck.

Item resolutum fuit ut D. Baroni de Goyck daretur permissio Madrito revertendi Bruxellam.

24 Martii, Nationes Bruxellis consenserunt in summam 200^m flor. loco 300^m flor. quae gubernator ab oppido Bruxellensi peterat pro complenda fortificatione oppidi.

28 Martii, In vigilia Paschae per Cancellarium allata fuit et lecta acta acceptationis absoluta super impostis medii anni inchoati prima junii 1669 et finiti ultima novembris ejusdem anni, item duae aliae actae acceptationis duorum terminorum impostarum inchoatarum prima decembris 1669, et finitorum ultima novembris 1670.

Esto duo ultima membra civitatis Antwerpiensis in praedictis terminis tantum consensissent in tres menses primi termini inchoati prima junii et finiti ultima novembris 1669.

Et praesente pensionario Antwerpiensi, et deputatis civitatis Antwerpiensis, resolutum, sine ulla reservatione, ut impostae dictarum trium terminorum publice elocarentur.

Item civitas Antwerpiensis obtuleratolvere suam quotam in subsidio 800^m flor. de annis 1669 et 1670 quam restrinxerat ad 68^m flor. modo desuper ab aula et daretur particularis acta acceptationis.

f° 177. — Sed gubernator auditis consiliis etc. voluit desuper etiam habere advisamentum Statuum. Duo autem primi Status resolverunt, non posse Antwerpiensibus dari actam particularem acceptationis, alios Status dividendos esse et etiam ipsas civitates inter se, unde magnae inconventiae exoriturae essent, insuper Antwerpienses, multo et forte duplo plus in dicto subsidio dare debere quam 68^m florenorum.

Item super navigatione instituenda in Indiam resolutum fuit ad instansiam D. Gubernatoris, ut mercatori van Noelem mittendo in Hispaniam darentur ex parte Statuum tria millia florenorum.

8 Aprilis, Bruxellis publice elocandae erant impostae, et magistratus Bruxellensis, recusavit intervenire, eo quod duo ultima membra civitatis Antwerpiensis in dictis impostis trium terminorum non consensissent, et timerent inde sibi procreandum praejudicium in materia « van vervankenisse » et processuum quos sustinebant contra Status, etc., desuper per graffiarium Statuum facta relatione D. de Mottes subthesaurario finantiarum et deinde simul D. Gubernatori, per hunc scripta fuit epistola magistratui Bruxellensi, ut sine mora intervenirent in dicta elocatione impostarum, et adhuc eodem hoc die referrent gubernatori quid hac in re actum fuisset.

Ratione hujus epistolae, interfuerunt dictae elocationi sequenti autem die.

9 Aprilis, Pensionarius Bruxellensis petiit a deputatis duorum primorum Statuum, desuper actam non praejudicii, quae ipsis concessa fuit.

27 Aprilis, Commissarii Universitatis Lovaniensis qui fuerant Romae, et reversi, coram deputatis Statuum fecerunt suam relationem eorum quae Romae egissent.

En marge : « Imposten ».

8 Maii, Lectae sunt coram Cancellario opiniones trium civitatum super impostis inchoandis prima junii ; sub ordinariis conditionibus adferebant consensum, excepto quod Antwerpienses

f° 177^{vo}. — volebant ut omnes in illis contribuerent juxta instructionem anni 1601 et quod ex dictis impostis retinerent 4000 florenorum, in subsidium pauperum Antwerpiensium.

En marge : Anticipatio.

Item Cancellarius petiit nomine Gubernatoris duobus primi Statibus anticipationem 250^m flor. super subsidio 800^m flor. ab illis accordato in decembri anni 1669, et casu quo tantum ex dicto subsi-

dio non restaret boni, illud quod excesserat cum suo interesse repetere possemus ex subsidio sequenti.

Item non obstante resolutione Statuum de qua 28 Martii, Gubernator dedit Antwerpiensibus et Bruxellensibus particularem actam acceptationis super 100^m flor. a Bruxellensibus anticipatis, et ab Antwerpiensibus anticipandis, cum conditione, quod in subsidio praefato 800^m flor. non plus erunt daturi.

11 Maii, Duo primi Status responderunt super anticipatione petita, majoris difficultatis fuit eorum, impetrare consensum ad illam faciendam necessarium, quam concludere dictum subsidium 800^m flor. in quo, quia sola civitas Bruxellensis discordabat in pede levandi dictum subsidium, rogaverunt Gubernatorem quatenus curaret fieri novam instantiam Bruxellensibus pro conformatione et conclusione subsidii facienda.

Circa finem maii, allata fuit acta acceptationis impostarum inchoandarum prima junii 1671.

En marge : « Soignies ».

Per totum maium demoliti fuerunt oppidulum de Soignies, duas portas et mediam partem moeniorum quae potiora erant dejecerunt.

Junius.

In hoc mense aliquoties deputati Statuum adierunt Gubernatorem pro habenda resolutione super facienda solutione debitorum, etc. de quo 27 februarii

f^o 178. — et quia responsio nimis differebatur, et creditores praecipue qui habebant redditus, vigeabant

15 Junii, ego una cum barone de Wemmel, Burgimagistro Lovaniensi et Graffario, adivimus Gubernatorem et exposuimus necessitatem solvendi reddituarii, et respondit, quidnam faceret vidua vanden Cruycen quae ideo patiebatur executionem, in eventum quo Gallus provinciam invaderet an illa juvaret ad resistendum hosti; et sic videbatur non esse intentionatus, ut redditus solveremus, etc. sed tantum ut militi solveretur.

23 Junii. *En marge* : Samorra.

D. Samorra commissarius finantiarum qui a pluribus mensibus deputatus fuerat per Gubernatorem pro revisione computuum Statuum Brabantiae, et remonstrantia Statuum de qua 15 junii et 27 februarii in manus tradita fuerat, pro facienda relatione, etc. hodie post meridiem comparuit apud deputatos Statuum, cum litteris credentia libus Gubernatoris, et petiit sibi dari locum Cancellarii, pro facienda propositione, ad quam petitionem, deputati Statuum haerebant et

primum quia epistola inscripta erat Statibus Brabantiae, et non illorum deputatis, responderunt, se propositionem faciendam audire non posse, sed debere convocari Status generales; respondit Samorra, se scire, epistolam inscriptam esse Statibus aut eorum Deputatis, unde in superscriptione curavit suppleri, et scribi Statibus aut eorum Deputatis. Quo facto Deputati dubii haeserunt, an illi locum petitum pro facienda propositione dare deberent, et resolverunt desuper petere resolutionem Gubernatoris, et eo iverunt Abbas Vladderbacensis baro de Dongelbergh, pensionarius Antwerpiensis, cum Graffiario; et D. Samorra illos apud Gubernatorem praevenit, et respondit, sibi gratum esse, quod advisamentum ipsius quaesivissent, et resolvit, ut deputati Statuum, illi concederent locum Cancellarii pro facienda propositione.

f° 178^{vo}. — Interim baro de Wemmel et ego expectabamus responsum, et Samorra cum nostris Deputatis reversus est, et illi datus locus Cancellarii, et data epistola sua credentia Graffiario, gallice proposuit, necessitatem fortificandi oppidulum Leuwentse, et petiit ut Status in illum finem, vellent contribuere ex impostis 20 millia florenorum. Deputati Status mirati fuerunt, ob tam parvum petitionem tantas ceremonias fieri debuisse, ubi alias centies, similis res per simplicem epistolam Gubernatoris facta fuerat, unde praesumpserunt factionem fuisse Samorre, ut sic in posterum, quasi cum maiore autoritate, posset arguere computus Statuum, pro quibus revidendis deputatus fuerat.

4 Julii, In scriptis respondimus D. Gubernatori, et Deputati consenserunt, dare pro dicta fortificatione facienda in praesenti 10^m flor. et post mensem alia 10^m flor.

En marge : Gubernator, etc. bona amortisata et feuda.

4 Julii, Vesperi D. Gubernator vocavit me ad se, et simul D. Bergheyck qui in anticamera aderat, quo usus fuit pro interprete, et admisit me ad suum cubiculum privatum, et utrique nobis dedit sedem, et praemissa aliqua captatione benevolentiae, qua dicebat se velle uti amicitia mea, etc. habebat in scriptis, quae mihi proponere volebat, et curabat legi per D. Bergheyck; et petebat quatenus ego vellem consentire et alios Abbates mei Ordinis adhortari, quatenus in futuro subsidio omnia bona contribuerent, tam amortisata et primae foundationis, quam feuda et silvae et alia, quae hactenus non contribuerant, et quod sic contribuendo in pagis, ubi bona Abbatum sita erant, liberarentur a taxis particularibus, quas hactenus solverant, et quatenus anticipare vellemus 300^m flor.

f^o 179. — Respondi Abbates non moturos difficultatem contribuendi de omnibus bonis suis, modo praedicto ; imo me dirigente a duobus annis hoc scripto praesentasse. De facienda autem anticipatione et consensu subsidii novi, convenire, ut subsidium super caminis prius compleatur, et hoc tantum dependere a tertio membro civitatis Bruxellensis. Mirabatur D. Gubernator, me consentire tam facile in praedicta pede, quia informatus fuerat, me praecipue contrariari, et ideo me converti debuisse, per Gubernatorem, cui confidebant me non restitutum. Desuper studui me expurgare, et semper promptum fuisse pro servitio Regis.

2^o Proposuit mihi qualiter induxisset ducem Arschotanium ad contribuendum de omnibus bonis suis, et etiam in impostis, et similiter omnia consilia, et quod ipsemet etiam in impostis contribuere vellet, et sineret corveam suam et aliorum omnium hactenus ab impostis exemptorum visitari, et quantitatem vasorum notari, pro faciendi solutione impostarum.

3^o Egit mecum de praetensione mei fratris ²⁴⁸), ad locum vacantem praesidentiae Concilii Privati, se aegre ferre, quod frater meus pro illo officio instaret in Hispania, et si contra ipsius consilium et consensum, se intruderet, quod illi possessionem impediret, aut ita traduceret, ut sui officii poeniteret.

Se in favorem mei fratris, provisionem dicti officii differre, ad declinandam aliorum invidiam, qui murmuraturi essent quod hominem, advocatum fiscalem, jam primum tantum missum in Hispaniam, consultaret pro officio praesidentiae, se fratrum meum non cognovisse ; per D. Bergheyck, tantum in notitiam illius devenisse, et quantum meum fratrem

f^o 179^{vo}. — estimaverit, se ostendisse, in missione illius Hispaniam, et provisione sui filii ad consiliaratum Brabantiae, sine datione alicujus pecuniae, in tempore quo summe pecunia indigebat, et magnam summam accipere potuisset, et gaudebat se intelligere, dictum fratris mei fillum, togam suam debite adornare.

Tum D. Bergheyck serio meum fratrem D. Gubernatori ad praesidentiam commendabat, sancte asserens, se neminem scire, non tantum illo capaciorem, sed nec ipsi aequalem. D. Gubernator, reponebat, se vereri, si illum tam cito nominaret, quod reprehenderetur, quod ipse tam juvenis, et homo tantum 30 annorum, haberet pro praeside etiam hominem juvenem, qui tantum 40 aut 44 annos

²⁴⁸) Voir note 105.

attigisset ; ad hoc D. Bergheyck me interrogabat, uter esset senior, ego an frater, respondi, fratrem meum octo annis me esse seniore, me attigisse annum 54 et fratrem meum excessisse annum 61 et illum jam fere a 40 annis fuisse advocatum, et ab anno 1645 pensionarii Bruxellensis officium obivisse, etc. et post aliqua miscelanea colloquia, dimissus fui, post horam decimam vespertinam.

9 Julii, D. Gubernator iterum me appellavit in meridie, et in praesentia Dni Bergheyck petiit, utrum quondam petitum subsidium 1500^m flor. non posset convenienter accordari, per duos primos Status ante completionem subsidii 800^m flor. accordati super caminos ? Et cum responderem primo illud subsidium 800^m fl. deberi compleri, antequam accordaretur aliud, curavit vocari D. de Mottes, ut rationes meas audiret, et si posset redargueret, et per magnam mediam horam simul altercati fuimus.

f^o 180. — 10 Julii. *En marge* : « Imposten Niemant vreij ».

Cancellarius nomine Gubernatoris, petiit continuari impostas pro medio anno inchoando prima decembris futuri, et quod nullus in illis esset exemptus, nec milites nec ordines mendicantes.

Item petiit ut duo primi Status vellent consentire in subsidio 1500^m flor. 11 novembris anno 1670 petito.

Eodem die duo primi Status consenserunt in continuationem impostarum petitarum.

11 Julii, Duo primi Status consenserunt in impostas hesterna die propositas.

En marge : « Subsidie van 1 millioen ».

Item in subsidium decies centum millium florenorum levandum per vigesimum nummum super omnibus bonis totius Brabantiae nullis exceptis, sive amortisatis, sive feudis sive silvis sive redditibus, etc.

deputaverunt abbatem Sanctae Gertrudis ²⁴⁹⁾ et marchionem de Assche ut hoc referrent Gubernatori, et dicerent se impostas petitas consensisse, et licet potuissent pro conditione adjungere, quod inde et de praeteritis impostis, solvere possent onera et redditus Statuum, quod confisi de Gubernatoris verbo hoc omisissent, sperantes quod sine mora, favorabiliter resolveret super remonstrantia desuper illi jam pridem data.

Item quod consensissent subsidium unius millionis inveniendum

²⁴⁹⁾ Claude François de la Vieuville, décédé en 1697 (VAN GESTEL, o. c., p. 161, a.).

illo pede, quem Civitates hactenus requisiverant super omnibus bonis nullis exceptis.

Quod illud subsidium tantum haberet suum initium post ultimam octobris, quousque durabat contractus elapso anno ab aula cum patria rurali initus.

Quod status ex dicto millione deberent retinere 150^m flor. pro solvendis suis debitis.

Quod petita anticipatio 300^m fl. accordari non posset sed loco illius compleri deberet subsidium 800^m flor. super caminos, quod inde aliquot centena millia reperiri possent.

f^o 180^{vo}. — Quod duo primi Status hunc consensum expedire non possent antequam subsidium praefatum caminorum esset completum.

Quod Gubernator ex dicto subsidio et impostis, etiam detractis 150^m flor. pro debitis Statuum solvendis, adhuc ad suam dispositionem esset habiturus 1400^m flor. et sic haberet subsidium in his temporum angustiis tam amplum, quale hactenus Brabantia nunquam accordaverat.

12 Julii, Praedictus Graffarius fecit relationem dictum nuntium non placuisse per omnia D. Gubernatori, et non posse admittere defalcationem 150^m flor. pro solutione debitorum Status, et insuper se debere necessario habere 50^m flor. insumenda in fortificatione oppidi de Leuwe, etc.

13 et 14 Julii. *En marge* : « 12 hondert durent gl. ».

Duo primi Status resolverunt et consenserunt in subsidium duodecies centum millium florenorum, solvendum per impositionem vigesimi aut decimi nummi super omnibus proventibus Brabantiae, nullo exempto, sed antequam consensum expedirent, resolverunt 1^o adeundum Gubernatorem et petendum, quod ex impostis praetitorum 4 aut 5 terminorum usque ad ultimam novembris 1671 possent solvere redditus Statuum non hypothecatos et ordinaria onera impostarum, et quod ex iisdem adhuc solverent tria pagamenta ordinariis cohortibus Brabantiae, et 20 millia flor. pro fortificatione Leuwensi, loco 50 millium flor. quae petebantur, quod facta calculatione esset impossibile plusolvere, et quod pro facienda adhuc dicta solutione, Status cogerentur ordinaria onera impostarum posterogare, ad medium annum, etc. tantum solvere usque ad ultimam maii 1671 in hanc petitionem Gubernator consensit.

f^o 181. — Item petendum ut ex dicto subsidio et impostis relinquerentur Statibus necessarii nummi pro solvendis ordinariis redditibus.

bus et insuper redivisibus parvi sigilli et etiam illis qui currebant ad onus thesaurariorum van Assche et vanden Cruyce, et etiam pro supplendis defectibus reddituum super 24 stuferis, etc. et ordinariis oneribus impostarum, etc., quae omnia speciali charta explicata fuerunt ; et insuper petierunt retinere 100^m flor. pro deoneratione debitorum Status Brabantiae.

Gubernator dicta omnia accordavit, excepto quod loco 100^m fl. tantum consenserit impendi 10^m flor.

18 Julii, Milites equites qui ab uno mense jacuerant in suburbiis et circa Bruxellam, numero forte 1200, circa hunc diem repeterunt sua praesidia, quia Rex Galliae defuerat vicinis nostris et repetierat Parisios.

28 Julii, Cancellarius attulit actam acceptationis super impostis, de quibus 10 et 11 hujus, sed, etc.

Item duo primi Status exhibuerunt Cancellario consensum suum super subsidio 1200^m florenorum.

31 Julii, Reversus est Bruxellam Madrito D. Baro de Goyck qui eo missus fuerat in februarii 1669.

1 Augusti, Tres Civitates capitales prodixerunt suas opiniones et resolutiones in subsidio 800^m florenorum inveniundo super caminis et aratris proposito 21 octobris 1669 et disposito per duos primos Status 29 octobris 1669 et accordato 10 et 12 decembris et aperto coram cancellario in decembris ejusdem anni.

3 Augusti. *En marge* : « Subsidie van 800 gl. scauw geldt ».

Duo primi Status declararunt esse sufficientem consensum in subsidio 800^m flor. inveniendi super caminos et aratra, sed quia civitates Bruxellensis et Antwerpiensis conditionaverant redemptionem suorum caminorum singulae pro 100^m flor. petierunt in acta acceptationis poni hoc non trahendum in consequentiam.

f^o 181^{vo}. — 25 Augusti, Cancellarius attulit actam acceptationis absolutam super opinionibus civitatum in subsidio 800^m fl. levando super caminos.

Item attulit provisionalem actam acceptationis super opinionibus duorum primorum Statuum in subsidio 1200^m florenorum, quae fuit conformis cum dictis opinionibus, unde resolutum ut communicaretur civitatibus.

29 Augusti, Officium Clericatus comtorii vinalis impostarum, datum est absolute N. de Paep quod ei per provisionem fuerat collatum.

Et N. Pertousa per provisionem in locum defuncti N. Gyger.

In septembri habitae fuerunt vacantiae et tantum Deputati fuerunt congregati 6 octobris.

Et primis diebus occupati fuerunt in faciendo aliquali reglamento super collectione caminorum, etc.

Deinde circa 18 octobris D. Gubernator dedit deputatis actam licentiae levandi nummos ad interesse super subsidio caminorum tot quot erunt necessarij pro facienda una solutione militibus praesidiariis in Brabantia.

29 Octobris. *En marge* : « Consent vande hooffsteden inde 1200^m gl. ».

Civitates Capitales coram Cancellario attulerunt suum consensum in subsidio 1200^m flor. de quo 13 et 14 julii et 25 augusti. Bruxellenses fuerunt conformes cum duobus primis Statibus, sed Lovanienses et Antwerpienses tantum consenserunt 20 nummum semel, sic tamen ut hi consenserint in subsidium 1200^m fl. non autem isti, et omnes tres Civitates voluerunt primum fieri registra et libros quotisationum antequam fierent aut exigerentur solutiones.

En marge : « Consent vande imposten ».

Item Civitates Lovaniensis et Antwerpiensis

f^o 182. — attulerunt consensum in impostis inchoandis prima decembris 1671, sed Bruxellenses fuerunt in mora impediti uti aiebant in sollicitando consensu 200^m fl. pro fortificatione Civitatis suae.

Item primus Status statuit in novembris sequentis, pro deliberatione et electione novi deputandi sui Status in locum R. Abbatis Vladderbacensis cujus tempus expirabat.

30 Octobris, Bruxellenses attulerunt suum consensum in impostis, sed conditionarunt redemptionem siliginis et jumentorum, quod non fecerunt Lovanienses aut Antwerpienses.

Huic duo primi Status resolverunt desuper informandum Gubernatorem sicuti et super consensu Civitatum in subsidio 1200^m flor.

Item lecta fuit Epistola Gubernatoris quia inhibebat Receptoribus Statuum substrahere a militaribus centesimum nummum, et ordonnabat, ut hactenus substractum militibus restitueretur, addens causam quod centesimus ille nummus, tantum fuerit solitus substrahi, quando solvebantur 12 menses in anno, et pecuniae deferiebantur in praesidiis militum.

Resolutum melius informandum esse Gubernatorem.

Item resolutum ut pro facienda solutione militaribus, juxta actam Gubernatoris de qua supra levarentur 50^m fl. partim per Receptorem Antwerpiensem et Bruxellensem.

19 Novembris, In generali congregatione Statuum lecta fuit acta acceptationis super opinionibus Civitatum in subsidio 1200^m flor. et quia Antwerpienses conditionaverant, quod ipsi pro sua Civitate tantum contribuerent semel vigesimum nummum, et Lovanienses tantum simpliciter consenserant vigesimum nummum semel et non subsidium 1200^m flor. Gubernator acceptavit illorum consensum, sub certa

f^o 182^{vo}. — spe quod in eventum quo vigesimus nummus non sufficeret pro subsidio 1200^m flor. ipsi requisiti non deerunt adferre ulteriorem consensum, quem nunc ob temporis brevitatem petere non poterat.

Item lecta fuit acta acceptationis super opinionibus Civitatum in impostis inchoandis prima decembris et quia Bruxellenses soli conditionaverant redemptionem siliginis et jumentorum, et non autem Antwerpienses nec Lovanienses, Gubernator istam redemptionem concessit tribus istis Civitatibus, pro medio anno proximo, cum spe quod sequenti medio anno, illam redemptionem non conditiorent.

En marge : Electio novi deputati Abbatum.

Item processum fuit absentibus secundo et tertio Statu ad Electionem novi deputati Abbatum quia deputatio Abbatis Vladderbacensis jam in initio octobris expiraverat.

Archiepiscopus Mechliniensis proponebat quatenus Abbates vellent continuare Abbatem Vladderbacensem ; hactenus sic fuisse observatum connivebat Abbas Vladderbacensis, et consentiebat abbas Sancti Bernardi, Episcopus Antwerpiensis aberat, et Abbatia Villariensis vacabat ²⁵⁰⁾, reliqui omnes Abbates resolvebant, procedendum esse ad suffragia et cuique liberum remanere, vel continuare Vladderbacensem vel eligere alium ; hac posita resolutione, antequam ad suffragia ferenda procederent, Archiepiscopus dedit Epistolam graffiaro Bouton, D. Gubernatoris inscriptam Abbatibus repraesentantibus primum Statum Brabantiae datam 26 octobris Ruremondae, in qua significabat

f^o 183. — se intelligere esse dissentionem inter albos et nigros Abbates, super electione futuri deputati, eo quod albi viderentur velle eligere unum album, cum jam tamen Abbas Parchensis ex ordine Praemonstratensi deputatus esset, etc. et ordonnabat, ut si

²⁵⁰⁾ L'abbé Idesbald Willemaert était en effet décédé le 26 avril 1671. Voir note 239.

quae difficultas esset, ipsi deferretur et interim ab electione supersederetur, etc.

Omnes ad istam epistolam opstupuerunt, omnes declaraverunt, nullam inter albos et nigros Abbates dissentionem esse, solus Vlinderbacensis tacebat, ad cuius instantiam per D. Bouton graffiarium dictam Epistolam fabricatam fuisse omnes existimabant, et quia ego in dicta Epistola nominabar, publice et clara voce, bis terve protestatus sum, quod si mea deputatio nigris Abbatibus non placeret, effarent, et cras abdicata deputatione reverterer Parchum.

Deinde processum fuit ad suffragia, et Abbas Vlinderbacensis habuit tria, scilicet suffragium Archiepiscopi, Abbatis Sancti Bernardi et suum ipsius proprium.

En marge : Heylessem electus deputatus.

Abbas Heylessemensis habuit suffragia sex scilicet abbatum Sancti Michaelis, Parchensis, Averbodiensis ²⁵¹), Tongerloensis, S. Gertrudis et suum ipsius proprium, sicque hic in votis superavit et electus fuit.

Abbas Diligemensis habuit suffragium abbatis Grimbergensis et suum ipsius proprium, et sic tantum duo.

20 Novembris, Resolutum quia in impostis sequenti medio anno nullus liber erit ut etiam abbatae quae hactenus specificationem consumptionis dederunt publice elocarentur.

f^o 183^{vo}. — 21 Novembris, D. Baro de Goyck fecit relationem suae legationis in Hispania, et attulit epistolam Reginae ad Status Brabantiae, in qua inter alia significabat se resolutiones suas transcripsisse Gubernatori Belgii, a quo illas intelligeremus.

22 Novembris, Graffiarus retulit, deputatos Statuum exhibuisse remonstrantiam D. Gubernatori super centesimo nummo thesaurarii, de quo supra 30 octobris, et ostensum fuisse etiam in altero seculo praeterito dictum centesimum nummum militibus substractum fuisse, quo non obstante D. Gubernatorem resolvisse ut in posterum ille nummus militibus non substraheretur, et ne thesaurario van Assche fieret aliqua diminutio sui stipendii, ex decem annis per fractionem unius anni stipendium calcularetur, et ipse determinaret unde ex corpore subsidii suam solutionem acciperet.

Quia autem haec resolutio D. Gubernatoris differebatur, etiam solutio stipendii militum differebatur, quae fieri non poterat nisi praehabita resolutione super dicto centesimo nummo, hinc D. Gu-

²⁵¹) Servais Vaes. 10 décembre 1647, décédé le 18 janvier 1698.

bernator, male contentus et putans culpam inesse thesaurario van Assche, illum cum graffiaro Bouton ad se evocavit, et cum hic illi diceret se prius jam hoc momento resolutionem suae Excellentiae scilicet recepissee, noluit placari, sed ira excandescens volebat quod suo verbo, absque resolutione in scriptis habita, optemperatum fuisset, et illico militibus satisfactum, et jussit thesaurarium van Assche cum uno adjudantio, et 6 musquetariis in domo sua arrestatum custodiri.

Eadem die, vesperi ante horam octavam, Gubernator, melius informatus, jussit milites domo van Assche abscedere et illum in libertate sua relinqui.

f^o 184. — Consultatum fuit, an desuper non foret exhibenda remonstrantia D. Gubernatori, talem modum agendi repugnare legibus patriae et privilegiis, etc., resolutio tulit dissimulandum esse, eo quod cholera Gubernatoris magis esset accendenda et sine fructu, imo cum damno talis remonstrantia exhibenda esset.

En marge : Ordines mendicantes.

Quia impostae erant accordatae ea conditione quod nullus ab eis esset exemptus, Ordines Mendicantium obmoverunt difficultatem, praetendentes se ab illis deberi eximi, et non comprehendi in consensu Statuum ; desuper praesentaverant libellos supplices D. Gubernatori et Statibus, tandem pro majori ipsorum satisfactione.

12 Decembris, Gubernator deputavit D. Locquet, praesidem Concilii Mechliniensis, D. D. Rycquaert et Franxen, consiliarios Concilii Brabantiae, cum D. Gottignies, secretario Concilii Status, ut cum interventione abbatis Parchensis, baronis de Dongelberge, burgimagistro Bruxellensi ²⁵²⁾ et Graffiaro Bouton ex Statibus Brabantiae, audirent rationes Provincialium Ordinum Praedicatorum, Carmelitarum, et Augustinianorum.

14 Decembris, Post meridiem, coram D. Locquet, in domo regularium Viridis Vallis, Bruxellae, omnes praescripti congregati fuerunt, et primo inter se convenerunt Clerum et Capitula Canonico-rum et omnes regulares comprehendi in consensibus Statuum, et oneribus per status accordatos.

Deinde dicti tres Provinciales intraverunt, et primo sustinere voluerunt, se non comprehendi sub Statibus neque laica potestate, sed uti exemptos immediate subesse Pontifici romano.

²⁵²⁾ Guillaume Despommereaulx, dit van Hove, seigneur de Hove. Bourgmestre en 1670-1671 (BUTKENS, o. c., t. II, p. 465).

f^o 184^{vo}. — Secundo allegabant se habere privilegia Pontificum, quibus eximebantur a tallis et impostis, etc., et illa esse confirmata a principibus (sic) et regibus nostris. Tertio, se ob constitutiones sui Ordinis absque licentia Pontificis non posse consentire in similia onera sine periculo excommunicationis. Quarto, allegabant suam paupertatem, et sibi esse impossibile onera impostarum solvere.

Desuper respondit illis D. Locquet, Ordines Mendicantes non habere majora privilegia exemptionis quam essent clausa in corpore juris communis, eaque esse communia clericis secularibus et Capitulis canonicorum, hos autem subijci consensibus Statuum et contribuere in impostis. Deinde in regno tantum esse duo membra, scilicet Regem et populum, Ordines autem Mendicantes necessario deberi comprehendere sub populo, qui representatur per Status patriae. Denique privilegia exemptionis debere interpretari juxta consuetudines patriae in quibus personae exemptae commorantur, in Brabantia autem et regulares aequae exemptos ac mendicantes in impostis et talliis contribuere, ipsorum bona immobilia in pagis a talliis non esse exempta, ipsos Ordines Mendicantes annis 1643-1659 adhuc in impostis contribuuisse, etc., et nunc non habere rationem se excusandi, etc. Et commissarii resolverunt rationes allegatas dictorum Provincialium non concludere, etc., as desuper D. Gubernatori faciendam esse consultationem.

f^o 185. — De post, dicti Provinciales alium libellum supplicem exhibuerunt Gubernatori, qui illum

18 Decembris, communicavit deputatis Statuum pro habenda ulteriori desuper informatione. His diebus occupati fuimus in facienda instructione pro collectatione 20^{mi} nummi, pro solutione subsidii 12 centum millium flor., et cum in illa poni vellemus quod a dicto nummo exempta futura essent loca sacra et domus claustrales regularium, et castella playsantiae, Deputati Bruxellenses et Antwerpienses se opposuerunt, et re delata ad Gubernatorem, dixit hoc in instructione poni non posse, eo quod Antwerpiae in sollicitando consensu plebi addictum fuisset, quod etiam pro ipsis monasteriis vigesimus nummus solvendus esset.

f^o 186. — Anno 1672.

Primum 24 januarii comparui in congregatione deputatorum Status.

In initio februarii occupati fuimus in faciendo aliquali statu quidnam vigesimus nummus colligendus proferret. Item quia diversi in plebe clamabant, quod quotisatio caminorum excessive plus pro-

latura esset quam 800 millia flor., atque etiam officiales Walonicae Brabantiae via juris contra egressum praetensum se opposuerunt ; inito provisionali statu dictae quotisationis, etc., et desuper informato Gubernatore, quia non conveniebat desuper processum sustinere.

12 Februarii, Post meridiem D. D. Consilarii Rycquaert et Wynants²⁵³⁾ venerunt apud deputatos Statuum, et illis per exhibitionem computuum, etc. monstratum est nullum excessum in dicta quotisatione caminorum commissum esse.

13 Februarii, Deputati Statuum complimentarunt D. Gubernatorem super partu filiae suae, eo quod uxor illius jam a nonnullis annis putabatur esse extra spem prolis. Item ei insinuatam fuit, quod vigesimus nummus apparenter non esset prolaturus 500 millia flor., et quia Antwerpienses et Lovanienses tantum consenserant vigesimum nummum, non autem 1200 millia flor., quod tempestive ea in re deberet provideri, etc. Respondebat necessario ea in re providendum esse, et quod sequenti mense, essent adhuc adfutura 4 aut 5 millia militum ultra praesentem numerum, et quod facile esset inducturus Antwerpienses ad consensum, qui nisi id facerent, 4 millia militum esset missurus ad Castrum Antwerpiense, qui facile illos coegerent, etc. et quoad Lovanienses, quod ipsemet forte esset iturus Lovanium, etc.

f° 186^{vo}. — 14 Februarii, In Dominica, D. Gubernator advocavit ad se omnia concilia et Magistratus et etiam Deputatos Statuum, et petiit ut singuli de conciliis Secreto, Finantiarum, Brabantiae, et Camerae Computus, et de Magistratu Bruxellensi, applicarent 800 fl. ad redditum super civitate Bruxellensi, ad nummum 16 pro perficienda fortificatione oppidi Bruxellensis, et singuli de Statibus Brabantiae applicarent 1200, et omnes ei addixerunt ; ego autem ipsi movi nonnullam difficultatem, quod propter solutionem 3000 flor. ad ejus requisitionem a me factam, nummi ad manum non essent, etc.

17 Februarii, D. Gubernator advocavit ad se omnes Deputatos Statuum, cum graffiario, et petiit ab illis num pecuniae ad manum paratae essent pro facienda solutione militum, hodie post quindecim, Graffiarius respondebat, se sperare quod pro tunc paratae essent. Sed D. Gubernator, spe non contentus, volebat ut actu para-

²⁵³⁾ De Wynants (Gosuin), ancien conseiller pensionnaire des Etats de Limbourg, nommé conseiller ordinaire le 16 avril 1668, en remplacement de de Fresne moyennant un don de vingt six mille florins ; mourut en 1679 (GAILLARD, o. c., t. III, p. 362).

tae essent, et quia non erant, rogabat an sponderemus quod tempore suo essent parati, et quia tantum nos hoc sperare dicebamus, signavit in nostra praesentia ordines et mandatum evocandi officiales ruralis patriae, ut cum illis conveniret ; ego, inquebat, facile habebō pecunias, vos autem trahitis vestras vacationes et nihil facitis, et cum ibidem expectaremus, rogabat quid ibidem moraremur. Et in praesentia ipsius, ursimus pecunias paratas futuras, si Bruxellenses, suum 20^{mm} nummum solverent, illos esse in mora, et cum petere-mus a Gubernatore ut illos urgeret, et mandaret fieri collectionem, noluit hoc facere, sed dicebat : Vos hoc facite, habetis enim instruc-tionem desuper emanatam, et sic post aliqualem altercationem, cum burgimagistro Bruxellensi ²⁵⁴), cum Gubernator iterum instaret ut abiremus et se habere alia agenda, discessimus. Sicque animadver-sum fuit quod Gubernator et burgimagister Bruxellensis invicem in-telligerent, eo quod Bruxellensibus

f° 187. — Gubernator expectaret consensum 300 millium flor. ultra 600 millia quae levaverant, impendenda fortificationi oppidi Bruxellensis.

23 Februarii, Officiales supremi ruralis patriae in aula convene-runt, et injungsit (sic) illis, ut sine dilatione solverent ad bonum computum 20^{mi} nummi 200 millia florenorum, et omnes rurales om-nia sua grana et pabulum jumentorum veherent ad majores civitates, scilicet Lovanium, Bruxellam et Antwerpiam et Mechliniam. Depu-tati autem Statuum ne perderent tempus, 19 februarii scripto indica-runt magistratui Bruxellensi quidnam actum fuisset 17 hujus coram Gubernatore, et rogabant quatenus, juxta impressam instructionem, vellent procedere ad collectionem 20^{mi} nummi, uti de facto faciebant Lovanienses et Antwerpienses.

23 Februarii, Scripto Deputati responderunt quod ipsi per Re-ceptorem Statuum illam facere possent collectionem, et in subsi-dium uti possent viris tribuum quos vocant « den hondersten man », et quia haec responsio discordabat ab instructione, resolutum ut desuper informaretur D. Gubernator, et ejus resolutio expectaretur.

20 vel 21 Februarii, In aula publicatum fuit Hispanum junctum esse Hollandis defensive et offensive contra Gallos ²⁵⁵), hinc cuncta se disponere ceperunt ad dispositionem belli, resolutum ut muri

²⁵⁴) Messire Gillis Frédéric de Marsselaer, baron de Parck (BUTKENS, o. c., t. II, p. 466).

²⁵⁵) Il s'agit toujours des guerres de Louis XIV, depuis 1648.

oppidulorum Gemblacensis et Geldoniensis destruerentur, et oppidulum Vilvordiae fortificaretur, et quod durissimum, injungere voluerunt Abbati ut ipse expensis suis et oppidi proprios muros destrueret, alias quod etiam murum cingentem abbatiam destrueret. Res dura ! Patientia !

24 Februarii, In meridie D. Gubernator advocavit ad se D. baronem de

f^o 187^{vo}. — Dongelberge et D. graffiarium Bouton, et in praesentia D. D. Mottes et Samorra multis egit super convocatione officialium patriae ruralis, de quibus supra 17^a et 23^a februarii, et quasi paenitens facti et apparenter instructus, quod illa negotiatio totum subsidium 1200 millium flor. inverteret, cepit dicere se hoc fecisse non ad inficiandum quod Status hactenus fecerant, sed ad illos adjuvandos, periculum esse in mora, et cum patria rurali esse festinandum, ne forte hostis patriam irrumperet etc. Et post meridiem, circa medium sextae, D. Samorra convierat D. D. Deputatos Status in cubiculo domus civicae, et cepit repetere quae coram D. Gubernatore in meridie acta fuerant, et illi persuasimus, ut iterato officiales ruralis patriae moneret, quatenus insisterent contractui et mandato Statuum de exhibendis indicibus et descriptionibus bonorum vigesimi nummi ; suam contingentiam in illo solverent, et defalcaretur a 200 millibus flor. ab illis petitis, et via ac pede vigesimi nummi supplerent usque ad 200 millia flor., et illis defalcaretur, et in computum deduceretur super 1^o aut 2^o vigesimo nummo qui solvendus erit, ad implendam summam 1200 millium flor. accordatam ; quod promisit se facturum et sic abivit. Non petiit autem sedem Cancellarii uti fecerat 23 junii 1670, sed coram foco, cum D. D. Deputatis, in parva sede sedit. — Memoria.

26 Februarii, Cancellarius petiit impostas pro medio anno, incipiendo prima junii 1672, a quibus nulli essent exempti, uti in currenti termino. Eodem die duo primi Status consenserunt et

27 Februarii, coram Cancellario opinionem suam aperuerunt.
f^o 188.

Imprimé intercalé :

LIEVE ENDE BEMINDE.

Desen dient door expresse ordre van syne Excellentie ende van myne heeren de Gedeputeerde vande Staeten van Brabant, om U. L. te waerschouwen, den wille ende intentie vande selve syne Excellentie te wesen, dat U. L., binnen dry daegen, sonder voorder uytstel, sullen hebben over te brenghen t'mynen comptoire

U. L. cohier over den xx. ende xl. penninck respective, van een jaer inne-kommen van alle goederen, gronden van erven &c., ende daer beneffens, binnen den selven tyde, aen my te betalen de geheele portée van den selven xx. ende xl. penninck, op pene dat U. L. daer toe incessantelijk sullen worden ge-executeert, ende dat sonder prejudicie vande penen ende amende gestatueert tot laste van den gebreckelijcken, bij d'ordonnancie van syne Majesteijt van den 24. december lest-leden : latende U. L. met eenen weten, dat mits t'prompt op-brengen van den voorsz. xx. ende xl. penninck, U. L. sullen wesen ghe-excuseert van te voldoen hunne quote in de twee hondert duysent gulden, bij syne Excellentie nu onlanx ghe-eycht door den heere Commis de Camorra, tot laste van de generaliteyt vanden Platten Lande deser Provincie. Actum ten comptoire vande Beden binnen..., den 2. Meert 1672.

Tot Brussel, By Gielis Stryckwant,

f^o 189. — 27 Februarii, Post meridiem, a duobus primis Statibus resolutam causam praelatorum qui, agente praedicantio de Eersel, fuerant executionem passi etc. D. Gubernatori commendaretur pro habenda reparatione, deputati tertii Status, quia sero erat abiverant. Deinde sequentibus diebus actum cum Gubernatore super petitis 200 millibus flor. a patria rurali, de quibus 17 februarii 23, et 24 februarii ; et quia officiales ruralis patriae fatebantur se non invenire medium id praestandi etc.

2 Martii, Gubernator injunxit Deputatis Statuum, ut publicarent quod patria ruralis solveret vigesimum nummum etc. et exonerati manerent a 200 millibus flor. per D. Samorra petitis etc., quod et factum est.

20 Martii, Plebs seu nationes Bruxellenses, in domo civica perstiterunt in recusatione accordandi quod a civitate petebatur, scilicet 300 millia flor. pro complendis fortificationibus civitatis, et sederant in domo civica ante meridiem, in sabbato 19 martii, usque ad vesperam dominicae 20 martii. D. Gubernator, 19 martii, circa primam meridianam, venerat Lovanium, visurus munitiones ibidem, et hospitatus in Collegio van Dael²⁵⁶), aliquot diebus mansurus, et

²⁵⁶) Collège fondé en 1569 par Pierre van Dale, d'Anvers, chanoine de Notre Dame à Anvers, et doyen de la collégiale de Saint-Martin à Alost, qui mourut à Anvers le 1^{er} janvier 1582. Collège fondé en faveur des jeunes gens de sa famille et de ceux d'Anvers et d'Alost. Les élèves y étudiaient la philosophie, la théologie et le droit canon (E. VAN EVEN, *Louvain dans le passé et le présent*, p. 593).

20 martii certioratus de illis quae agebantur Bruxellae, post meridiem, circa quintam pomeridianam, Bruxellas reversus est — et plebs Bruxellensis, circa nonam vespertinam invasit domum D. Pomereaux, burgimagistri Bruxellensis, sitam « inde Bergh straete », et magnas ibidem insolentias exercuit, sed domum intrare non potuit ; et quia timebat militem qui intromittebatur in civitatem, et aliqui ex plebe ante domum burgimagistri laesi erant, paulatim plebs desiliit, et majus aliquot malum secutum non fuit.

30 Martii, Princeps de Bournoville et Cancellarius Brabantiae in domo civica Bruxellensi convenerunt Magistratum, et inter diversa, concluderunt quatenus pro

f^o 189^{vo}. — complendis fortificationibus civitatis vellent consentire 300 millia flor., colligenda super impositione unius quadrantis super poculo cerevisiae mediocris, et medio stufero super poculo bonae cerevisiae. Nationes ad hoc dispositae essent, et sic spatio unius anni absolverent etc.

Prima Aprilis, Exhibuerunt Deputati Statuum D. Gubernatori, statum vigesimi nummi, quantum scilicet juxta registra recepta importet, et inventum est summam tantum importare 365 millia flor., vel circiter — Hinc

11 Aprilis, per Cancellarium Brabantiae D. Gubernator petiit anticipationem 500 millium flor. super subsidio 1200 millium, 13 et 14 julii 1671 accordato, ultra id quod vigesimus nummus importaverat, et in acta petitionis agnoscebatur quod in aula putassent vigesimum nummum futurum fuisse sufficientem pro dicto subsidio solvendo. Duo primi Status resolverunt nullam accordare anticipationem, sed pro secunda vice, loco anticipationis super parvis civitatibus et rurali patria, accedente consensu magistratuum trium majorum civitatum, emittere solutionem alterius vigesimi nummi, quod eodem die indicarunt D. Gubernatori, et die sequenti desuper Cancellarius attulit actam acceptationis. Eodem die pro prima vice fecit introitum suum in Statibus D. vander Vorst, tanquam baro de Loonbeke.

12 Aprilis, D. Heymbeke ²⁵⁷⁾ factus consiliarius in consilio Brabantiae in locum D. Marselaer, baronis de Parcq, qui ultro suum consiliaratum suum in manus D. Gubernatoris resignaverat, hodie

f^o 190 est intercalé entre les f^o 189 et 191. Il donne ce qui suit :

²⁵⁷⁾ van Heymbeek (Rutger-Théodore) conseiller ordinaire le 7 avril 1672; mourut le 9 mars 1708 (BAILLARD, o. c., t. III, p. 363).

Memoria actorum super redditione computuum etc. D. D. de Finantiis. *Ce F^o 190 n'a aucun rapport avec la suite du texte qui continue au f^o 191.*

fecit in Statibus juramentum judicandi secundum laetum introitum etc.

28 Aprilis, Idem juramentum fecit D. Libertus Christyn ²⁵⁸), factus conciliarius in concilio Brabantiae supernumerarius. Item in mea absentia deputati Statuum de mandato D. Gubernatoris convenerunt cum N. N. pro deliberatione pabuli equorum 3500, pro quindena locandorum circa Vilvordiam.

2 Maii, Comparuit in camera deputatorum Statuum D. Samorra, commissarius finantiarum, cum litteris credentialibus D. Gubernatoris, et se locavit in sede Cancellarii, et petiit ut tertius vir Brabantiae Walonicae in diem crastinum convocaretur Bruxellas, impendendus ad complendam fortificationem oppidi Bruxellensis, et quod ex parte regis ipsis daretur panis ammonitionis, de reliquo non lucrarentur pecunias, idque continuarent tantum ad 10 aut 14 dies, donec sciretur quo versus Rex Galliae et copiae illius circa Charle-roye jam congregandae declinarent. Responderunt D. D. Deputati, se desuper non posse resolvere, sed in diem crastinum convocatos magis viros D. D., pro facienda resolutione.

3 Maii, Et ego comparui, ac resolutum fuit scripto respondendum D. Gubernatori impossibile esse tam subito tertium virum Walonicae Brabantiae convocare, et ad minus 8 vel 10 dies ad hoc impendendos esse, interim copias Gallicas transituras esse etc. Insuper impossibile esse illos adigere ad laborem sine mercede diurna, eo quod essent membra Brabantiae, et comprehensa in contractu subsidii, ac solvere vigesimum nummum etc. proinde injustum esse, illos potius applicare quam residuos patriae Brabantiae; quod major pars operariorum Bruxellis et in aliis locis, essent ex Brabantia Walonica, et proinde, si tertius vir assumeretur per operarios parum fore multiplicandos etc., quod si autem operarii multiplicandi essent, illos statim assumi posse ex vicinioribus pagis, qui non renuerent,

²⁵⁸) Christyn (Libert-François), vicomte de Tervueren et de Duysbourg, frère du chancelier du même nom et petit-fils du substitut Libert van den Hove, fut nommé conseiller ordinaire surnuméraire le 25 avril 1672, devint conseiller ordinaire l'année suivante et mourut le 10 juin 1717. Il publia des commentaires sur les ouvrages de plusieurs jurisconsultes célèbres, entre autres sur le traité *De legibus abrogatis* de Bugnyon (GAILLARD, o. c., t. III, p. 363).

f^o 191^{vo}. — modo illis solveretur, solutionem autem petendam esse ex pecuniis ab oppido Bruxellensi accordatis, vel ex subsidio vigesimi nummi currente, in quo eventu D. Gubernator tanto minus haberet pro solutione militum. D. Gubernator, habito hoc responso, et attentis his difficultatibus, destitit a prosecutione suae petitionis, sed D. Samorra parum offensus fuit, quod non habuerit sequelam.

2 Junii, D. Crap, pensionarius Bruxellensis, mihi retulit se cum deputatis ex Magistratu, inter quos erat D. vanden Hecque ²⁵⁹) scabinus adfuisse D. Gubernatori, super anticipatione centum millium flor. facienda, pro complendis operibus fortificationum, quam quidam ex parte aulae negotiati fuerant iniquis conditionibus cum braxatoribus; quam iniquitatem dicti deputati demonstrare nitebantur, et afferebant personas qui justis conditionibus dictam summam praestare possent. Sed D. Gubernator recusavit, et excandescens voluit primam negotiationem adimpleri, et aliquoties eis fuit minatus in cholera, quod curaret illos fustigare, et dare centum ictus baculorum, et faceret saltare extra fenestras, si adhuc praesumerent reverti ad aulam non adimpleta prima negotiatione; et dicti D. D. Deputati summe alterati, sine decore jussi sunt discedere. — Memoria.

4 Julii, Coram Cancellario allatae sunt opiniones civitatum Lovaniensis et Antwerpiensis, quae consenserunt ut pro secunda vice levaretur vigesimus nummus de quo supra 11 aprilis, et rogarunt seu conditionarunt ut cum hoc consensu manerent liberi, nec amplius molestarentur ad complendum subsidium 1200 flor.

f^o 192. — *En marge* : 600^m « voor de fortificatie der steden ».

Item Cancellarius, nomine Regis, petiit a Statibus summam 600 millium flor. pro complendis munitionibus civitatum Brabantiae.

5 Julii, Duo primi Status resolverunt scribendum esse Gubernatori, qui erat Antwerpiae, quod se invenirent in parvo numero, et non viderent quomodo possent continuare solutionem militum, et simul tantam summam contribuere pro fortificationibus; rogandum quatenus vellet iterato absentes convocare, et communi omnium consilio facturi essent, quod indicaretur esse facti possibile. Epistola per hussarium vesperi missa fuit qui,

8 Julii, reversus, retulit Secretarium suae Excellentiae respondisse quod posset reverti, eo quod nesciretur quandonam super dicta epistola posset resolvi.

²⁵⁹) Messire van Hecke (Jean) chevalier (BUTKENS, o. c., t. II, p. 466).

Hoc eodem tempore petiit Gubernator a quarterio Antwerpiensi 300 equos, pro instruendo regimento 1400 « dragonders », singulum equum estimatum ad 60 flor., faciunt 18 millia flor., et officiales ruralis patriae Antwerpiensis, accordarunt — Memoria. — Et deinde ab aliis quarteriis Brabantiae certum etiam equorum numerum postulavit.

26 Julii, Juxta resolutionem quintae hujus, Status convocati magno numero convenerunt, et Cancellarius attulit actam acceptationis supra secunda solutione vigesimi nummi etc. Et per aliquot dies consultatum fuit super propositione 600^m fl. facta 4 hujus, et tandem resolutum ut dicta propositio relinqueretur deserta, et D. Gubernatori suggereretur quod illa esset contraria conditionibus appositis in subsidio 1200^m fl. colligendo per impositionem vigesimi nummi. etc., ubi inter cetera cautum erat, quod durante anno, Brabantia amplius

f^o 192^o. — non gravaretur etc. ; quia duo vigesimi nummi accordati, necdum complebant subsidium 1200^m flor., Gubernator melius faceret faciendo novam instantiam apud Antwerpienses et Lovanienses, pro habendo tertia vice vigesimum nummum ad complementum dictum subsidium, in quo pridem Abbates, Nobiles et oppidum Bruxellense consenserant, et pro facilitandis Antwerp. et Lovan. indicari posset, quod tres majores civitates, tertium suarum civitatum vigesimum nummum applicare possent pro muniendis suis civitatibus.

27 Julii, Resolutum ut D. D. Abbas Heylessemensis, Baro de Goyck et Graffiarius accederent D. Gubernatorem, et peterent sibi aperiri responsum Reginae super remonstrantiis per D. Baronem de Goyck in Hispania exhibitis, — qui respondit se non habere memoriam responsi Reginae, sed deberi queri in secretaria.

30 Julii, Haec resolutio coram Cancellario aperta et lecta fuit. Prima Augusti.

Rursum deputati Statuum, una mecum, a D. Gubernatore vocati sunt, et interrogati an pecuniae essent paratae pro facienda sexta solutione militibus, cum responderetur pro complemento aliquas pecunias debere ad redditum levare. Ille male contentus, reponebat alias provincias pecunias suas promptas habere, solam Brabantiam semper in difficultatibus herere, sese pro sequenti anno remedium apportaturum, nunc nimis multos occupari, se solum id facturum ; et quando posuerit 4000 peditum et 1000 equites in Bruxella, et totidem in Antwerpia, interrogabat nos, ubinam tunc essent futura

nostra privilegia ? Reponebat Graffarius non illam esse intentionem Regis ; replicabat gubernator intentionem suae majestatis esse ut milites intertinerentur, et sibi persuasum fuisse quod si omnes sine ulla exemptione contribuerent, immensas pecunias inde fore conflandas ; nunc omnes contribuere, et equae multas difficultates pro pecunia optinenda moveri

f° 193. — *Ce folio est intercalé dans le texte qui continue au folio 194, et doit se rapporter au 27 juillet et au 8 novembre.*

« Den 27 Julii 1672 ».

» Is geresolveert geweest dat den heere Prelaet van Helesem
» ende den Baender Heer van Goyck, met den greffier Bouton, sau-
» den presenteren requeste ten eijnde hare Excellentie vande ge-
» dient wesen de heeren Staten te verclaren de intentie van hare
» Majesteijt ende resolutien bij haer genomen op de remonstrantien
» van wegens de voorgemelde Staten, haer in Spanien door den
» Baenderheere van Goyck gedaen.

» Zijne Excellentie heeft aen de voorgenoemde Abt voor ant-
» worde geseijt dat sij geene memorie en hadde, dat Hare Majes-
» teijt hem dijen aengaende iedt saude gescreven hebben, dat hij
» eeven wel in sijne secretarie saude doen sien ofter iedt te vinden
» was ».

« 8a novembris 1672 ».

» Is geresolveert dat de H. H. ordinariisse Gedeputeerde, sauden
» insteren bij Hare Excellentie om te weten oft in hare secretarie
» eniege orders van hare Majesteijt gevonden waeren, nopende het
» vertoch bij den Baenderheere van Goijck in Spanien gedaen ».

f° 194. — petivimus nobis dari commissarium, et quod illi ostenderemus ubinam pecuniae essent impense, et quidnam adhuc restare posset. Assignavit nobis D. Samorram, — qui et die sequenti comparuit.

10 Octobris. *En marge* : Imposten.

Cancellarius nomine Regis petit consensum in impostas inchoandas prima decembris futura, et terminandas ultima maii 1673, sicque pro medio anno, et in propositione nulla mentio facta fuit quod illi qui olim ab impostis fuerant liberi, in illis contribuere deberent. Item lectae fuerunt opiniones civitatis Antwerpiensis super contributione tertii vigesimi nummi, de quo 26 julii supra, et unanimiter consenserunt, quod solverent 60^m fl. quantum scilicet vigesimus nummus importaret, invenienda modis sibi bene visis, a quibus nulli essent exempti, et dictos nummos applicarent ad reparandas fortifi-

cationes suae civitatis, et si quid superesset, illis valeret ad satisfaciendum « keurliengis », levatis anno 1667.

12 Octobris, Allatae fuerunt opiniones civitatis Lovaniensis, et consenserunt in contributionem tertii vigesimi nummi.

13 Octobris, Lectae fuerunt opiniones coram Cancellario duorum primorum Statuum super impostis inchoandis prima decembris 1672, et quia propositio nullam faciebat mentionem an qui solebant esse liberi ab impostis deberent contribuere, duo primi Status consenserunt in impostarum continuationem, eo modo et forma et conditionibus quibus currenti hoc termino levabantur. Item monuerunt Cancellarium quod intelligerent in concilio Brabantiae inducendum esse parvum sigillum etc., et respondebat desuper non esse conquerendum ; natura deliberationae hoc esse resolutum, unde Status resolverunt desuper facere remonstrantiam D. Gubernatori, tanquam contra infractionem privilegii.

20 Octobris, D. Vaes ²⁶⁰⁾ quondam fiscalis Flandriae fecit iuramentum in Statibus Brabantiae uti consiliarius Concilii Brabantiae.

f^o 194^{vo}. — 24 Octobris, Post meridiem Cancellarius attulit actam acceptationis impostarum, item et super opinionibus civitatum Antwerpiensis et Lovaniensis de tertio vigesimo nummo. Interim quia in Consilio Brabantiae levabatur iura imposita super parvo sigillo, quae putabantur per factam remonstrantiam abolenda, resolutum fuit communicare civitatibus praefatis actam acceptationis super tertio vigesimo nummo, non autem super impostis, et prius adhuc exhibendam esse D. Gubernatori iteratam remonstrantiam contra dictum parvum sigillum. Quem in finem,

27 Octobris, ego, cum D. Barone de Dongelbergh et Graffiaro Bouton, accessimus D. Gubernatorem, exhibituri novam remonstrantiam super abolitione facienda dicti parvi sigilli, quam D. Gubernator acceptare recusavit, spondens se hodie apostillam daturum super prima remonstrantia, quae si non adhiberet, tum iteratam requestam nos praesentare posse, et claram spem se dare insinuabat abolendi dictum parvum sigillum. Itaque dum optatam apostillam, expectamus,

²⁶⁰⁾ Vaes (Jean Libert) natif de Tongres, naturalisé le 28 avril 1664, fut investi de la charge de conseiller avocat fiscal de Flandre le 2 juin la même année. Il fut nommé conseiller extraordinaire à titre étranger le 21 août 1671, en remplacement de van Gutscoven, et mourut le 28 avril 1698 (GAILLARD, o. c., t. III, p. 363).

29 Octobris, post meridiem venit ad domum civicam D. Samorra, commissarius Finantiarum, et ex parte D. Gubernatoris petiit a deputatis Statuum ut vellent dare actam qua consentirent, ut consiliariis Concilii Brabantiae pro nummis solutis loco parvi sigilli, dare possent pro hypotheca, thelonia Brabantiae. Responsum illi fuit, deputatos Statuum talem actam dare non posse, sed hoc debere fieri per Status generales; sed putare se ex consensibus ante datis Gubernatorem ad concurrentiam nummorum per consiliarios solutorum, thelonia gravare posse

f^o 195. — eo quod consensus ante lati, necdum essent exhausti. Quod responsum, animadversum fuit, non placere D. Samorra. Itaque illo regresso ad aulam, per duos bipennarios a D. Gubernatore evocati sunt Deputati Statuum. Comparui ego et D. Baro de Dongelbergh, burgimagister Lovaniensis ²⁶¹⁾, et graffarius Bouton, et D. Gubernator dixit, nec Reginam nec se, privilegia nostra infringere velle, sed potius augere, Concilium Brabantiae non imposuisse parvum illud sigillum, sed se, et quod si Status Brabantiae putarent repugnare suis privilegiis, quod desuper contestari possent in iudicio. Per graffarium petivimus illam responsionem dari nobis scripto, quod illam confratribus nostris communicaremus, quod spopondit, et sic ab illo discessimus. Et regressi ad primum cubiculum, remisimus ad D. Gubernatorem nostrum graffarium, ut rogaret quatenus vellet dare permissionem ut pro sumenda deliberatione, super danda apostilla, convocare possemus Status generales, et simul indicaret nos actam acceptationis super impostis non posse communicare civitatibus sine consensu Statuum Generalium; desuper D. Gubernator accersivit D. Mottes, et noster graffarius cum illo, in praesentia D. Gubernatoris, fere per horam contestatus fuit, et retulit nobis, in anticamera expectantibus, D. Gubernatorem resolvisse, ut ei praesentaremus requestam in ordine ad convocandos Status Generales, et ego cum D. Barone de Dongelbergh, ob instantem festivitatem omnium Sanctorum, resolvimus die crastino reverti ad propria, et quod si die crastino aut perendie

f^o 195^{vo}. — praefata apostilla expediretur, indicaret D. Gubernatori, nos domum recessisse, et pro cras in octo reversuros, quod si citius nos vellet reverti, hoc ipsum indicaret nobis et simul insinua-
ret D. Gubernatori nos iterato dixisse sine consensu Statuum Gene-

²⁶¹⁾ Englebert de Dielbeke (BUTKENS, o. c., t. II, p. 420).

ralium, actam acceptationis super impostis non posse communicare civitatibus.

30 Octobris, Circa octavam matutinam discessi Bruxella Par-chum, et circa horam decimam per unum bipennarium D. Gubernator, pro hora duodecima, me ad se evocavit, sed cum abessem non comparui.

31 Octobris, D. Gubernator per bipennarium ad se evocavit D. Baronem de Goyck, qui in meridie comparuit, et D. Gubernator, super dicto parvo sigillo quae nobis dixerat illi dixit, et insuper illi injungere voluit ne contrariaretur, quo minus acta acceptationis super civitatibus communicaretur, dicens, se sciturum quinam essent futuri contrarii, et se illis vim illaturum, proinde prospiceret sibi, et sic dictum baronem dimisit qui

6 Novembris, vesperi, hoc ipsum mihi retulit.

7 Novembris, In congregatione generali Statuum, specialiter ob praefatam difficultatem per graffiarium, praevia licentia D. Gubernatoris, convocata, resolutum fuit replicandum esse ad apostillam praefatam D. Gubernatoris, et ex Laeto Introitu docendum praescriptam impositionem sigilli in Concilio Brabantiae repugnare privilegiis Brabantiae etc.; atque actam acceptationis super impostis, necdum communicandam esse civitatibus etc., insuper ostendendum D. Gubernatori quantae

f^o 196. — inconvenientiae oriturae sint si in judicio disputetur de privilegio isto etc. Insuper resolutum quod Status in processibus suis sigillo isto non uterentur, et desuper concilio per graffiarium scriberetur etc.

8 Novembris, D. Gubernator evocavit ad se deputatos Statuum, et comparui ego cum Baronne Dongelberge, pensionario Lovaniensi, et graffiaro. Petiit 1^o an pecuniae pro solutione militum essent paratae; respondimus, omnes instantias possibles nos facere, pro habenda. Deinde, et quod principale erat, nos rogavit an acta acceptationis esset missa ad civitates; graffarius respondit quod non, et prius reiterandam esse remonstrantiam suae EX^{tiae} replicavit, ne uteremur represaliis pro amotione parvi sigilli, quod nobis hoc male cederet; et quod propter tres aut quatuor Nebulones, (Utebatur verbo Cokin) qui erant in Statibus non pateretur servitium regis retardari — Post meridiem, facta relatione in congregatione Statuum generali esse mentem et voluntatem D. Gubernatoris quod acta acceptationis impostarum communicaretur civitatibus, non fuimus ausi referre quod dixisset nos velle uti represalibus, et inter nos esse tres

aut quatuor nebulones. Facta autem deliberatione, Abbates resolverunt actam acceptationis impostarum posse communicari civitatibus, Nobiles primitus steterunt tres contra tres, tandem septimus advenit, qui sustinebat actam istam civitatibus communicari non debere, uti heri resolutum fuerat, et sic re indecisa discessum est.

9 Novembris, Nobiles acquieverunt ut acta acceptationis communicaretur civitatibus, salvo quod in remonstrantia, exhibenda D. Gubernatori, poneretur actam acceptationis esse communicatam civitatibus sub certa spe quod, ante consensum per civitates in impostis ferendum, parvum sigillum aboliretur, quod consensus duorum primorum Statuum per impositionem dicti sigilli esset annullatus, et reviviscere non posset nisi per dicti sigilli abolitionem.

fº 196º. — 9 Novembris, Ego cum D. barone de Dongelberge et graffiaro Bouton vesperi accessimus aulam, relaturi D. Gubernatori resolutionem captam, jussit nos venire die sequenti, in prandio. Itaque

10 Novembris, facta relatione, respondebat, se maluisse ut Status Brabantiae fuissent usi represaliis, quod tunc ab illis fuisset liber, quod majorem difficultatem haberet cum Brabantia sola quam cum omnibus reliquis provinciis etc., et simul exhibuimus illi remonstrantiam, ostendentem dictam impositionem parvi sigilli esse contra privilegia. Deinde graffiarus dixit nos valde sentire, quod in ultima audientia 8 novembris, dixisset in Statibus esse tres aut quatuor nebulones, nos malle mori aut exulare quam vivere in tali reputatione apud suam Excellentiam, et de eo in Statibus nos non fecisse relationem. Nolebat suum verbum revocare, sed aiebat se pluribus intricari, et plures vexas cum Statibus Brabantiae habere quam desideret, non esse mirandum si aliquod verbum ei elapsum esset. Tum facta digressionem de privilegiis, quod in tantis necessitatibus in quibus versamur observari tam perfecte non possint, nutum dedit D. Baronis de Dongelberghe ut denuo deberet de verbo nabulonum, et iterato petatum an nos tres pro talibus haberet. Iterum D. Gubernator declinavit responsum, et dicere cepit de requesta nuper praesentata, quod fuisset valde acris et nimis animosa etc., et concepta in absentia tertii Status etc. Diximus hoc esse abusivum, et secundo et pro tertia vice institi pro habenda satisfactione super verbo nabulonum, et dixi me illico potius velle retrahere Parchum, ad meam cellulam, quam comparere in Statibus si D. Gubernator sinistram de me haberet opinionem. Tum positive respondit me non esse inter illos, et quod coram me se poneret in genibus, et tanquam sacerdoti

confiteretur etc. ; se scire quod ego nimis magnam haberem obligationem serviendi suae Majestati, et quod de meo zelo non dubitaret, etc. Inferebat D. de Dongelberge

f° 197. — me esse absolutum, necdum autem se aut D. Bouton. Ad hoc cepit D. Gubernator rideri, et cum illis quasi jocari, et sic discessimus.

25 Novembris. — Apertae et allatae fuerunt coram Cancellario opiniones trium Civitatum super impostis, quae uniformiter attulerunt consensum sub iisdem conditionibus quas duo primi Status expresserant, nulla facta mentione amotionis parvi sigilli, in Concilio Brabantiae impositi, de quibus supra 7 et 8 novembris. Hinc deliberatum quid agendum, et an dici posset esse consensum in impostis. Resolutum actam declaratoriam esse dandam, consensum sufficientem esse in impostis, dummodo dictum parvum sigillum amoveretur, et sub certa spe quod sua Excellentia favorabilem apostillam nobis daturus esset super nostra remonstrantia, et sigillum praefatum aboleret, Status consentire, ut procederetur ad elocationem impostarum inchoandarum prima decembris 1672. Desuper, vesperi, ego cum D. barone de Dongelberghe, et graffiario Bouton, accessimus gubernatorem, et dicta ipsi explicuimus.

Circa 8 Decembris, D. Gubernator scripsit Deputatis Statuum ut aliquos ex suis deputarent, qui una cum D. D. Consiliariis Consilii Brabantiae, Franxen fiscali, Wynants et Vaes a se deputatis, incomberent super emendandis excessibus qui committebantur in levandis et procurandis publicis nummis etc., et 12 decembris deputatus sum ego, D. baro de Dongelberge et burgimagister Bruxellensis Marse-laer. Interim aliquoties adfuimus D. Gubernatori, rogantes quatenus vellet nobis dare favorabilem apostillam super nostra remonstrantia tangente parvum sigillum, impositum in Concilio Brabantiae, et nominatim 13 Decembris ipsum rogavimus iterato, ut expediret ante generalem convocationem Statuum, quae pro 16 hujus conscripta erat. Eodem die D. Bouton, graffiarus, petiit a D. D. Deputatis vellent sibi dare honorarium 200 fl., quod ab aliquot annis jam fuerat praetermissum. Responsum ei fuit ut prius doceret quando ultima vice fuisset datum, quare aliquot annis omissum, et insuper exhiberet minutas registrarum a tempore sui graffiaratus,

f° 197^{vo}. — et etiam regulamentum in Concilio Brabantiae ex-molugatum super economia D. D. Deputatorum.

16 Decembris. *En marge* : « Subsidiæ 1600^m gl. ».

In generali congregatione Statuum Cancellarius proposuit subsi-

dium sexdecim centum millium florenorum, et in sua prolocutione illud non nominavit, sed aiebat quod in juncta charta exprimeretur. Et interpretatum fuit quod Cancellarius ob exorbitantiam summae illud nominare ausus non fuerit. Recedente Cancellario, D. de Mottes curavit Statibus nuntiari, D. Gubernatorem deputasse commissarios pro conferentia super impositione sigilli in concilio Brabantiae, absque quod indicaret quinam essent. Status ordinarunt graffiaro ut post meridiem se informaret quinam essent, et ne perderetur tempus, ex suo gremio deputarunt abbatem Parchensem, baronem de Dongelberge, et burgimagistrum Lovaniensem cum graffiaro. Item petiit advisamentum Tertii Status super proposito subsidio, qui estimavit multum futurum si medietatem petitionis possent praestare, et in civitatibus vigesimum nummum levare vix amplius posse, sed insinuebant eorum taxam ad proportionem illius augmentari posse, et in patria rurali levare, modo fraudes commissae, emenderentur.

17 Decembris, D. Graffiarus retulit, pro conferentia super impositione parvi sigilli, ex parte D. Gubernatoris esse deputatos D. Kinscott, comitem S. Petri, D. Fiscalem Concilii Privati, et D. Fiscalem Concilii Brabantiae. Status injunxerunt graffiaro ut illos accederet, et conferentiam accelerarent, et quia suspicabantur illos tracturos moram ut interim subsidium posset accordari, resolverunt nullam aperturam subsidii esse faciendam

fº 198. — donec intelligerent quidnam ex illa conferentia sperare possent, et secundum quod dicti commissarii protraherent, se deliberationes super subsidio protrahere debere.

18 Decembris, In dominica, post sextam vespertinam, convenimus in domo D. Blondel, et dicti commissarii, urgere voluerunt parvum sigillum impositum in Concilio Brabantiae concernere politiam et directionem Concilii, et ea in re Regem uti ducem Brabantiae non dependere a consensu Statuum, etc. Hinc digressum fuit quid posset aut non posset Rex, et tandem dixerunt se non habere in mandatis nisi ad exquirendum medium expediens terminandi difficultatem, sed in sua commissione non esse aliquod medium expressum, et insinuabant forte posse mediare si Status Brabantiae summam 36^m fl., quam Concilium solverat, refunderet. Respondimus nos relatores, et in diem sequentem, circa sextam vespertinam, iteratam conventionem indiximus. In sessione D. Blondel primum locum cepit ad ignem, in angulo camini, et Comes S. Petri accepit alterum angulum oppositum, ego me junxi ad latus D. Blondel, et

baro de Dongelbergh ad latus meum, D. Bouton, graffiarus, junxit se lateri comitis S. Petri, et burgimagister Lovaniensis lateri D. Bouton, et sic fiscalis Brabantiae debuit capere locum inter baronem de Dongelberge et burgimagistrum Lovaniensem. D. fiscalis Franxenseorsim mihi indicavit qualiter D. Gubernator quasi coegisset Concilium ad istam contributionem faciendam, et hypothecandam super parvo sigillo, Concilium gavisurum si posset amoneri, et ad hoc libenter se amissuros medietatem summae quam exsolverant, etc.

19 Decembris, Facta relatione in Statibus, perstiterunt impositionem parvi sigilli praescripti esse contra privilegia, et permiserunt, ut pro expediente, ad abolitionem illius, ex subsidiis et impostis, conciliariis nummi possent refundi, aut ad tempus opportunius differri, et interesse ex impostis solvi. Quod post meridiem dictis commissariis proposuimus.

(A suivre).